

Nf 53
1

2.

DISSE^{רִתָּה}RTATIO ACADEMICA
E PHILOLOGIA SACRA
DE

TARGVMIM,

Seu versionum ac paraphrasium V. T. Chaldaicarum,
VSV INSIGNI ANTIIVDAICO

In doctrina de
PERSONA CHRISTI:
Speciatim
De

VOCE מִילְאָה, seu ΛΟΓΩ,

a Chaldaeis de Messia usurpata:

Quam

BENEVOLO AMPLISSIMAE FACVLT. PHILOS. INDVLTV
PRAESIDE

D. IO. HENRICO MICHAELIS,
S. S. THEOL. NEC NON GRAECAE ET ORIENTAL. LINGG.
PROF. ORDIN.

PRAECEPTORE SVO PLVRIMVM COLENDO,
PRO MAGISTERII GRADV

rite impetrando

eruditorum examini submittit
AVCTOR ET RESPONDENS

IOANNES IOACHIMVS Lange/ BEROL. MARCH.
S. S. Theol. & Phil. Cufor.

6.

HALAE MAGDEBURGICAE,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

23

DISSESTITIO ACADEMICO
PHYSICO-MATHEMATICO
THEOLOGICO-SACRA
TARGETUM
PERSONA CHRISTI
VOCIS XJX. gen. VOTU
D. IO. HENRICUS MICHAELIS
PRO MAGISTERII GRADA
JOANNES IOACHIMUS GESSNER MARCH



PROLEGOMENA.

§. I.



Mni tempore haud exiguis eorum fuit numerus, qui se recte agere persuasi fuerunt, si Iudaicorum librorum lectionem, Christiano homini ut nocentem & inutilem, dissuaderent. Non equidem negauerim, plura in Iudeorum scriptis contineri, quæ lectione plane indigna merito censentur. Mirum enim, quantum anilium fabularum, spinolarum subtilitatum, inutiliumque otiosi cerebri fictionum in multis eorum libris comprehensum sit. Huc accedit alia ratio, quam sufficientem putant esse ad lectores a Iudeorum scriptis auocandos. Proferruntur enim in illis contra religionem Christianam, eiusque fundamentum vnicum ac lapidem angularem, Iesum Christum, futilia quidem, at speciosa tamen argumenta, quibus & humanam eius naturam e Maria virgine assumtam negare, & diuinitatem eius in dubium vocare, coequo ipso Messiam aliquem. Geirbentov, tanquam Christianorum

A 2.

rum

rum commentum, explodere non erubescunt. Vnde euenit, vt infelicissimi hominum, qui inter Christianos adhuc hodie Saluatori nostro diuinitatem denegare audent, aude arma iudeis suppeditata, quanquam fragilia & ficalnea sint, arripiant, multumque sibi de ecclesiæ iudaicæ consensu hac in parte gratulentur, incautorum mentem hac ratione circumuenientes, & in transuersum agentes.

§. II.

Quidam vero illorum, qui iudeorum monumentis aduersi fuerunt, in sola dissuallione eorū neutiquam subfiterunt : sed iam olim tentarunt ea penitus ex legendi manibus excutere. Quod testatur controvèrsia hac de re REVCHLINVM, Hebraicarum litterarum instauratorem primarium, inter & PFEFFERKORNIVM, a cuius partibus ARNOLDVS de TUNGERI & IACOBVS HOCHSTRATEN, Colonienes, cum Louaniensibus atque Parisiensibus, steterunt, agitata. De qua potiora scripta, tunc vtrinque edita, possidet Summe Reuerendus D. Præses. Conferatur SLEIDANVS de *Statu Religionis & Rei publica* Libro II. p. m. 23. seqq. vbi refert, GEORGIVM PALATINVM, episcopum Spirensem, qui auctoritate Pontificis definitiuam sententiam aduersus IACOBVM HOCHSTRATEN die 29. Martii 1514. publicauit, multosque ex purpuratorum collegio REVCHLINO fauisse. Faciunt etiam huc, quæ IOHANNES MULLERVIS in *Iudaismo* Parte II. C. X. p. m. 1219. seqq. hac de re congescit. Miramur vero prouidam summi numinis directionem, quod ipso reformationis tempore per iureconsultum, qualis erat REVCHLINVS, vtpote iuris vtriusque Doctor & consiliarius Cætareus, iudeorum monumen-

menta, ab interitu, quem ipsi PFEFFERKORNII monachorumque furor minicabatur, vindicauerit.

§. III.

Verum illis, quas §. I. adduxi aliquis rationibus, quibus Iudaicorum librorum lectio videri posset dissuadenda esse, nondum patior me ab hac fententia dimovet, cum rectius fentientibus omnibus certo perlausus, multum commodi inde in rem Christianam proficiisci, si monumenta a Iudeis nobis relicta sedula manu, indefessoque studio, curate euoluantur. Futilia, quibus hi libri paſſim scatent, plurimis aliis, quae ad plenorem tam linguae Hebraicæ, quam antiquitatum sacrarum, cognitionem, eoque ipso ad accuratiorem facilioremque sacri codicis explicationem, nos deducunt, abunde compensantur. Damnum vero religioni Christianæ tantum abest ut inde metuamus, ut ipsa potius luculentia ac multiplicis commodi ratio, quæ inde in Christianos, tam de fuze fidei certitudine, quam de Iudaicarum obiectionum confutatione sollicitos, copiose redundant, ipsos ad frequenter Iudaicorum monumentorum perlungationem inuitare debeat. Quod illi non mirabuntur, qui horum librorum lectione edociti sunt, nihil recentiores Iudeos in scriptis suis aduersus nos proferre, quod non ex antiquioribus eorum monumentis sufficienter refelli queat. Illi enim non minus a puriore & antiqua maiorum suorum doctrina recesserunt, quam ab eorum ætate per longiora temporum interualla absunt. Indignum itaque esset, a nobis negligi vel contemni arma, ab ipsi metu aduersariis nobis suppeditata, quibus felici cum succelut, si non conversionis, tamen demonstrationis & conuictionis, aduersus illos utilicet.

A 3

§ III.

Quodsi ad superiorum temporum historiam respiciamus, singula fere secula quosdam tulerunt, qui contra Iudeos sui temporis, ex ipsis Iudeorum scriptis disputauerunt. Ut IVSTINV M^{ARTYREM} aliosque e veteribus taceam, in medium producam eum, qui recentioribus laudabiliter præiuit, RAYMVNDVM MARTINI, monachum ordinis predicatorum, natione Catalaunum, scriptorem seculi post Christum natum decimi tertii doctissimum & clarissimum; vtpote qui in egregio suo opere anti iudaico, quod Pugionem fidei aduersus Iudeos & Mauros in scriptis, plurima ex eorum libris ad confutandas eorum opiniones congeffit. Prezzo hunc pede fecuti sunt PORCHETVS de SALVIATICIS in Victoria aduersus Iudeos, & PETRVS GALATINVS in Arcanis Catholicae veritatis. Ille quidem Genuenensis monachus Carthusiensis, se ex RAYMVNDI libro sua de tumisse, professus est: hic vero ex Iudeo Christianus, alto silentio fontem, ex quo sua haulerat, præteriit. Nec minus laudari meretur, qui seculo XV. floruit, PAVLVS BVRGENSIS, eiusque scrutinum scripturarum, quod B. Lutherus præ ceteris eius argumenti scriptis commendauit. Hos aliosque antecessores suos fecuti sunt, & restauratis litterarum studiis ippos antecelluerunt, IOSEPHVS de VOISIN in Theologia Iudeorum, & HERMANNVS WITSIVS in Iudeo Christianizante, allegati a IOHANNE BENEDICTO CARPZOVIO in capite XI. *Introductionis in Theologiam Iudaicam*, quam præmisit Pugioni Fidei RAYMVNDI MARTINI, a se Lipsiae edito: MORNAEV in monito Gal-

Gallico ad Iudeos , cuius mentionem iniicit IACOBVS
GVSSETIVS in Commentariis Lingue Hebraicæ ad vocem
מְנַדֵּר p. 80. Nec pauca IOANNES MULLERVS in Iudai-
smo, & IOANNES ANDREAS Eisenmenger im Entdeckten
Judenthum , hanc in rem subministrant : Conferatur
etiam PHILIPPVS a LIMBORCH in Amica Collatione cum
eruditio Iudeo de Veritate Religionis Christiane : & nosfratribus
vero inter alios MICHAEL HAVEMANNVS in libro
Germanico, qui inscribitur: Wege Leuchte wider die Jü-
dischen Fertthuner, & in Theologia antiquissima Mosaica,
Prophetica, Rabbinica ; CL. CASPAR CALVOER in Gloria
Christi, & Cel. IOHANNES HENRICVS MAIVS in Theo-
logia Iudaica : vt plures nunc breuitatis caussa taceamus.

§. V.

Inter scripta vero Iudeorum monumenta , nulla
sunt præstantiora & antiquiora illis, que habemus in
TARGVM IM, seu paraphrasticis Hebraici codicis
versionibus, partim ante, partim circa Christi tempora
Chaldaice adornatis. Que quantum religioni Chri-
stianæ vñum præstent antiuidacum, patuis, pro meo co-
gnitionis modulo, edisseram , ea speciatim in medium
prolatus, vnde aduersus deterioris note Iudeos con-
stare possit, dogma de persona Christi θεονθεότης ecclesię
Iudaicę olim fuisse domesticum & principale. Ad hu-
mana quidem Messiae naturam quod attinet, hanc ei a
Iudeis antiquioribus fuisse tributam nulla prorsus de-
monstratione eget, cum omnes vno ore confessi sint, il-
lum e stirpe Dauidis verum hominem, speciatim Regem,
maxima cum emphasi talem (vnde loquendi ratio,
מלך, enata) aliquando nasciturum. Nec hoc ipsum
hodier-

hodierni Iudæi in dubium vocant. Hunc vero hominem in persona Messiæ fore, aut esse, θεόν θεωπόν, præter humanam diuinam quoque naturam insignem, hoc est, quod Iudæi recentiores degeneres iam dudum negant: at contra fidem & auctoritatem maiorum suorum, auctorum τῶν Targumim, quorum alias exceptione maior apud illos est auctoritas. Et isti quid de Messiæ persona, respectu diuinæ eius naturæ statuerint, ut inuestigetur, opera omnino est pretium.

§. VI.

Omnis vero inuestigationis opera præcipue ad tria hæc redibit momenta, quod interpretes Chaldaei de Messiæ persona tria hæc nomina usurpauerint, נָתָן, מִיכָּאָרְבָּא, וְנַעֲנָה. Quæ et si per se ex notione grammatica diuinitatem haud notant, iis tamen in locis, eoque sensu de Messia adhibentur, ut sincero veritatis scrutatori manifestum sit, modo dictos interpretes, pro sententia Ecclesiæ Iudaicae communis, non alium credidisse & expectasse Messiam, quam qui reuera quædam diuinitatis hypostasis esset. Ea vero tantum loca nunc in medium proferam, quæ mihi solius Pentateuchi lectio suppeditauit, reliquis ad aliam occasionem, dilatis. Et cum in inuestigatione huius rei materia circa ipsum Pentateuchum adeo excreuerit, vt ne secundum hunc quidem de trium vocum מִיכָּאָרְבָּא, מִירָאָרְבָּא, שְׁכִינָה & שְׁחוֹתָא emphasi in vna Dissertatione Academica commode dici possit, de sola voce מִירָאָרְבָּא ad MESSIAM referata, vel inter significationes suas alias speciatim ad MESSIAM referenda, agetur. Quando autem in prima hac Dissertatione edifferuero, interpretes Chaldaeos vocem מִיכָּאָרְבָּא in Pentateuco de

Messiae,

Messia, tanquam peculiari diuinitatis hypostasi usurpare,
 & Dissertatione secunda eundem huius vocis usum e re-
 liquorum librorum sacrorum paraphrasi Chaldaica com-
 monstrauero, Dissertatione tertia proprie erit ~~apodictiva~~,
 utpote istam Iudeorum sententiam e scriptis eorum an-
 tiquitatem $\tau\omega$ Targumim partim aequalibus, partim su-
 perantibus, h. e. e scriptis V. T. apocryphis & e Philone
 aliisque confirmatura & illustratura, subiuncta præcipua-
 rum objectionum solutione. Quo facto una atque alte-
 ra dissertatione seorsim agetur de vocibus מִשְׁרָחָא & שְׁכִינָה
 ac demonstrabitur, eorum usum multis in locis, quæ si textū
 Hebr. reipicias, istas *natura propria* non requirebant, para-
 phrasas Chaldaeos suam ac Ecclesiæ Iudaicæ notitiam de
 Messia egregiam haud obsecire indicasse.

TRACTATIO.

DE

VSV VOCIS מִוּמָרָא IN PENTATEUCHO AB
INTERPRETIBVS CHALDAICIS AD MESSIAM
RELATA, SEV DE MESSIA ADHIBITA.

Σύνοψις.

Vocis מִוּמָרָا significatio & exposi-	vult, decernit, præcipit	§. VIII.
tio grammatica.	nomen habet,	§. IX.
Targumica, vbi idem significat, quod	auxilium praesit,	§. X.
λόγος Job. I.	apparuit,	§. XI.
Huius significationis ratio redditur.	irrat & per illud iuratur,	§. XII.
Demonstratur hæc significatio per at-	sedus init,	§. XIII.
tributa personalia & diuina	liberavit & eduxit Israhelitas	§. XIV.
VERBO adscripta.	ex Aegypto.	§. XV.
nimirum VERBVM creavit.	est obiectum adorationis & fidei.	§. XVI.
loquuntur eis,	שְׁכִינָה & מִשְׁרָחָא.	§. XVII.
vocem edidit,	sunt Synonyma.	§. XVIII.

B

¶ (10) ¶

<i>Forrogo testimoniorum ex.</i>	<i>Quæ quot arguens, corrineant</i>
<i>Genesi.</i>	<i>summam indicatur. §. XXII.</i>
<i>Exodo</i>	<i>§. XVIII. Subiungitur horum locorum index</i>
<i>Levitico</i>	<i>§. XIX. secundum seriem librorum bibli-</i>
<i>Num.</i>	<i>§. XX. cam. §. XXI.</i>
<i>Deut.</i>	

§. I.

In aditu ad hanc tractationem suppono notionem vocis **מִימְרָא** grammaticam, tanquam omnibus, Hebreæ & Chaldaica linguarum vel mediocriter peritis, notissimam; scilicet Hebreorum **אֵיךְ** dixit Chaldaeis esse **אֶמְרָה**, & hinc deriuari voces **מִימְרָה**, **מִימְרָא** & **מִימְרָא**; & hanc ultimam vocem, hic maxime attendendam, ponit in Chaldaeorum sic dicto statu emphatico, ex absoluto, **מִימְרָה**, seu, ut Chaldaica sacri codicis monumenta hanc vocem Dan. IV, 14. Esra VI, 9. exhibent, **בְּאֶמְרָה**; & hanc nominis substantiui formam conuenire cum infinitino coniugationis Peal verbi **אֶמְרָה**, qui aliquando hoc modo **לִמְמְרָא** legitur. Accepit hæc ipsa vox a radice sua significationem **λόγος**, hoc est, verbi, sermonis, cogitationis, quo denotamus ideas animo nostro obuerstantes, siue illas in mente retineamus, siue oris beneficio per loquaciam proferamus. Apud Targumistas vero hanc vocem naturam reciproci induere, suo loco concessum videas, sed saluathè nostrā.

§. II.

Et hæc ipsa forma **מִימְרָא** est, quæ plerisque in locis plane aliam, quam huius vocis communis fert notio, explicationem postulat. Et hanc admittere tenemur, nisi splendore solis meridiani negare, & paraphrasas, omnesque qui inter Iudeos & Christianos ipsorum translationem fecuti sunt, in explicandis hisce locis absurditatis arguere velimus. Hoc vero vel hanc ob causam iniquum forter, quia ipse Spiritus Sanctus in Hebreo Veteris Testamenti codi-

codice huius rei fundamentum posuit, & Saluator noster, eiusque apostoli ex diuino afflato voce λόγος in Noui Testamenti libris eodem sensu vsi sunt, quo vocem מִתְרָא apud Chaldaeos usurpatam fuisse ostendemus. Designant nempe Apostoli hac voce ὁτός αστιν aliquam diuinam, ab ὑπερέστη Patris quidem distinctam, at eiusdem tamen essentia & dignitatis cum eadem.

§. III.

Voces vero λόγος & מִתְרָא, quae alias *verbūm* denotant, casu accepisse modo dictam significationem, hoc est, quod, ut credam, a me impetrare non possum. Certe significatum ab ipsis Iudeis fuisse mysterium illud, quod habemus in persona Messiae, vel ex eo colligas, quod scripta Mosis & Prophetarum pro doctrinæ ac fidei sua fundamento habuerunt, ideoque ex iisdem mysteriis istud eti obscurius, vere tamen, procul dubio agnoverunt : quemadmodum deinceps demonstrabimus. Mosis vero ac Prophetarum pandectas, inter alia etiam hoc mysterium de Messia, quod sit certa diuinitatis ὑπερέστη, præter multa alia nomina, etiam *Verbi* nomine notata, continere, ut probem, non est instituti, nec campi, præsentis, vtpote philologici. Quare quid Theologi aduersus recentiores Iudeos, nec non aduersus Socinianos, abunde probatum dederunt, hic tanquam datum supponimus. Nec huic hypothesi, qua, vocem מִתְרָא de Messia usurpatam fuisse, adserimus, obstat analogia obscuritas. Nam tanta est diuinæ essentiæ sublimitas, tantaque profunditas & amplitudo, ut nulla voce a nobis adequate exprimi possit. Interea tamen verbis de DEO opus est. Quare sufficit, iis nobis perfectiones DEI aliquo modo adiunibrari, in analogia ista, quæ humanis rebus, unde verba ista desumpta sunt, cum diuinis intercedit, studiose & simul eaustissime tamen, euoluenda. Et hanc ipsam euolutionem, partim præstitam, partim tentatam, videas, cum a veteribus

passim, præcipue IVSTINO MARTYRE, CLEMENTE ALEXANDRINO, GREGORIO NAZIANZENO, aliis, tum recentioribus, ut IOANNE REVCHLINO in elegantissimo de *Verbo Mirifico* libello, in primis Libri I, Cap. VI & VIII. MARTINO CHEMNITIO in *Harmonia Euangeliistarum* ad Ioh. C. I. v. I. SALAMONE GLASSIO in *Onomatologia MESSIAE propheta*, PHILIPPO MORNAEO in tractatu de *Veritate Religionis Christianæ*, Cap. V. p. m. 66. Beato SPENERO in opere suo *von der Ewigen Gottheit Christi*, Cap. II. § 155. & alibi passim, & venerando parente in *Exegeti Epistolarum Iohannis* ad comma 1, Cap. I. §. XI. p. 26. qui post aliquot comparationis membra, eiusdem defectus per quatuor momenta demonstrat.

§. III.

Significationem, voci מִתְרָא §. II & III. adtributam, quam plurimis in locis paraphrahum Chaldaicarum invenimus adhibitam. Ea enim dantur effata de DEO dici: de qua vero diuinitatis persona, e singulorum, in quibus occurrit istud, locorum structura & contextu facile colligitur: scilicet illud de Filio DEI adhiberi: quandoquidem מִתְרָא non solum dicitur hominem creasse, eique esse auxilio praesidioque divino; quod non nisi DEO conuenit; sed hominibus quoque apparuisse, & Israelitas ex Aegypto duxisse; quod, Filio DEI proprium esse, nouimus. Ut alia nunc in antecessum non commemorem, vnde e locis de מִתְרָא, vti de MESSIAE vera diuinitate, sic etiam de eiusdem distincta a Patre personalitate, vt ita loquar, liquido constare possit. Quis vero Christianorum non gaudeat, MESSIAM hic latere, vel potius patre, & Iudeis dogma de pluralitate, & in specie de Trinitate וּנוֹסָרֶא in essentia diuina, in primis vero de ipsa MESSIAE diuinitate, circa ea tempora cognitum fuisse atque perpetuum? sed prodeant nunc loca.

§. V.

In primo statim Geneeos capite v. 27. occurrit mentio מירא in paraphrasi Hierosolymitana , seu potius ejus fragmanto. Affiratur enim ibidem ipsi *creatio hominis*, his verbis: וברא מירא רוי נת אורה, & *creauit VERBVM DOMINI hominem*. Hebr. וברא אלהים את הרים, & *creauit DEVS hominem*.

Immo in Onkelosi translatione Capitis XXIII. Deuteronomii v. 27. tribuitur ipsi *creatio* huius vniuersi: *Habituaculum DEI*, qui fuit ab antiquis temporibus, & per VERBVM eius (ובמיירא אהעביד עלמא) factus est mundus. Ultima vero huius commatis verba Hebraica, & dicet perde, reddidit Jonathan & Targum Hierosolymitanum: Et dicet in VERBO suo sive ad VERBVM suum ad perdendum illos. Idem affirmat Targum Hierosolymitanum Gen. XXI. v. 33, quod Targum ad comma 42. Cap. XII, Exodi sequential tradit. Nox obseruanda & preparata pro liberatione a facie Domini, ad educendum Israëlitas, liberatos e terra Aegypti. Quoniam quatuor noctes scriptae sunt in libro memoriarum. Nox priors cum apparuit VERBVM Domini super mundo (כ ר אַתְגָּלֵי מִירָא רֹוי עַל עַלמא) למכרא היה ad creandum illum, fuit mundus vacuus & inanis, & tenebra expansæ super facie abyssi, & VERBVM Domini lucebat & illustrabat, & vocabat illam noctem pri- mam.

Cæli creationem per hoc VERBVM peractam esse, affirmit Targum Hierosolymitanum, Num. c. XXIII, 6. Quemadmodum est cælum, quod expandit VERBVM Domini, in domum Schbinæ sive.

Nec prætereundum hic censeo locum, Deut. C. VIII, 3. ex translatione Onkelosi & Ionathanis: Propterea ut noctum faceret tibi, quod non ex pane solo vivat filius hominis,

sed ex omni, quod creatum est a VERBO Domini, vita filii hominis. Diversis in his celocis verbis ea pandunt Targumistæ, quæ præente Dauide in Psalmo XXXIII. v. 6. בְּרָבֶר שְׁמֵי כָּלִישׁ, Per VERBVM Domini cœli sunt facti, ex primo Genesios Capite, eiusque phrasι, didicerant; eoque ipso plane consonant cum Iohanne, C. I. v. 3, aiente: Πάντα δι' αὐτοῦ (λόγου) ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο τίδε εἰν, δι' γέγονεν.

§. VI.

Tribuunt quóque paraphrastæ Chaldæi VERBO huic sermonem, quæ phrasis sœpe sensum promissionis, comminationis, aut mandati, habet; & cuius multa nobis Pentateuchus exhibit loca. In Genesios Capite III. eiusque paraphrasi Hierosolymitanæ ad comma nonum; Et vocauit Dominus Adamum, & dixit ipsi: Vbi es? hæc leges! Et vocauit VERBVM Domini Dei Adamum, & dixit ad ipsum. Ecce mundus, quem creavi, reuelatus est coram me; & quomodo putas, quod non sit reuelatus coram me locus, in cuius medio tu es? an hæc est lex, quam præcepisti tibi? Eadem paraphrasis ad comma 22. hæc habet: Et dixit VERBVM Domini Dei: Ecce Adam, quem creavi, unigenitus est in mundo, quemadmodum ego unigenitus sum in cœlis excessus, & reliqua, quibus in locis non VERBO huic solum sermo, sed & mundi & Adami creatio asseritur. Prius ex quam plurimis adhuc locis confirmari potest; vt Gen. C. VI, 3. Ionathan. verfu 6. Onkelos. C. VIII. v. 21. Onk. & Ion. C. XVI, 13. Ion. & Hier. C. XX. v. 5. Ionath. C. XXVIII. 31. Ion. XXX, 22. Ion. & Hierosolymitanum Targum.

Exodi Capite II, Ionathanis versio ad comma 23 post alia & hæc habet: Et dixit Deus per VERBVM suum ad eripendum illos ex servitute. Cuiusmodi phrasæ recurrent Cap. III. v. 14. Hieros. 17. Ionath. C. XX, v. 1. {Hieros.

rof. Et locutum est VERBUM Domini omnem laudem horum verborum (ברורא) item C. XXXIII, 9. Ionathan.

Leuitici Cap. I. v. i. Ionathan & Targ. Hierosolymitanum. Et propterea aduocavit VERBUM Domini Mosen, & locutum est VERBUM Domini cum ipso ex tentorio conuentus, dicendo & Ionathan paullo ante: usque ad tempus quo VERBUM tecum loquebatur. Ad quem locum obseruo ter quidem in illo mentionem τὸ λόγον fieri, at non eidem, sed diversis vocibus. Primum occurrit vox נִמְרָא in Hieros. רְבּוֹרָא, tum vox alias usitata מִמְרָא. Facile autem ex ipsa contextus structura appetet, hic vocem רְבּוֹרָא & רְבּוֹרָה ponit. Affirmat idem IOANNES BUXTORFius in Lexico suo Chaldaico p. 497. ad vocem רְבּוֹרָה, his verbis Verbum, oratio, sermo, articulatus proprie, qui ex ore loquentis diserte prodit, quod a רְבּוֹרָה quod generalius est & omnem rem comprehendit, distinguitur. In Targum tamen latinus usurpatur: מִן קְרִים וּבְרוֹרָה a sermoncinatione, Ezech. I. 24, 25. Vocem SERMONIS audiebat, Exodi XXXIII, ii. in Targ. Jonath. לא אֲתַנְשֵׁי רְבּוֹרָה non obliuiscar sermonis tui. Psal. 119, 16. Gen. XXVIII, 19. in Targ. Hieros. דְּרוּרָה כְּחַכְמָה לְמִלְאָה עַמְּדָה Quia fuit VERBUM eius (Dei scilicet) desiderans loquiculum eo. In Targum Jonath. est absolute רְבּוֹרָה ὁ λόγος desiderabat loqui cum eo. Lucem accipium verba illa ex Berechit Rabba sect. 68. ad verba ס בְּאֶחָשָׁב Vide illuc. Locus Targumi est notatus & obseruatu dignus, quare dicat Verbum cupiebat loqui cum Abraham, id quod in Beres. rab. dicitur Deum voluisse loqui cum eo.

Numerorum C. XII. v. 6. Jonathan. Et dixit Deus: audi que sermone (תְּגִמְןִי) cum loqueris. Num fuerint ulli prophetæ, qui surrexerunt a diebus seculi, quibuscum sermo ha-

habitus est quemadmodum habitus est cum Mose? apud quos VERBVM Domini in visionibus revelatum est, in somniis locurus sum cum ipsis. Vid. etiam C. XXII. v. 19. Jon. C. XXV. 4. Hierof.

Deut. C. I. v. 1. Hier. C. III. v. 2. Hier. Observabis autem, satis diligenter ab auctoribus τὸν παραφεύσαν distingui αλόγον ὑποστημένον. a Ναζαρέτ προφευειν, immo vocem Hebraicam רָבֶר a Targumistis non מִמְרָא, sed מִמְרָא recidi. Quod & alii iam notarunt.

§. VII.

Pronum inde est colligere, quare Judei dum sermonem huic VERBO aeterno adscripserunt, etiam saepe de eo dixerint, quod voce utatur. Quæ loca & ista magna ex parte complectuntur, vbi dicitur VERBVM hoc præcipere, quod itidem actio est proprietatem personalem indicans. Vide nus hoc non paucis in locis, quorum quedam recentebo.

Genesios III, 8. Onkelos & Jonathan Et audiverunt vocem VERBI Domini Dei (Hebr. וַיַּשְׁמַע אֶת קֹל יְהוָה & commate io itidem utraque paraphrasis. Et dixit Adamus: וַיֹּרֶם אֶת קֹל שָׁמְעוֹת בֵּן Confer. Exodi CXVIII, 5. Hieroi.

Deut. C. IV, 53. Onk. et Ion. Num audierunt populus vocem VERBI Dei? & v. 36. utraque paraphrasis: Ex celo audire fecit te vocem VERBI sui, ut erudiret te. C. XXVI, 14. Onkelos. suscepit VERBVM Domini Dei mei. Vbi ne quis putet hanc Chaldaicam loquendi formulam שָׁמְעוֹת בְּקָلָה לְמִרְאָרוֹת obediens voci Domini Deimei, posita est, ita huic æquipollere, ut vox respondeat voci קֹל, atque ita per præceptum sit reddenda; conferamus quæso Ionathanis ad hoc comma versionem: Obediens voci VERBI Domini; qui vocem diserte a VERBO cuius illa est distinguat. Deut.

Deut. C. V. v. 21, 22, 23. Onk. & Ion. Et dixistis: Ecce ostendit nobis Deus gloriam suam & magnitudinem suam, & vocem VERBI ejus (וְיַדְכֶל מִמְרָה) Hebr. וְיַדְכֶל מִמְרָה audiuimus ex igne: hodie vidimus quod loquitur Deus cum homine & viuit. Iam vero quare moriamur, quia consumet nos ignis hic magnus, si sapis audiuerimus vocem VERBI Dei, moriemur nos. Quoniam quid est omnis caro ut audiat vocem VERBI Dei viuentis, qui loquitur ex medio ignis, sicut nos? ¶ viuat Cap. XV, 5.

§. VIII.

Cum duabus antecedentibus proprietatibus τέ λόγοις arctissime haec cohæret, quod secundum voluntatis actum non decreverit solum, sed & precepere. Id quod ex quibusdam locis ostendam, in quibus auctores τὸν παραδοσιαν VERBO huic etiam actum præcipiendi adscripterunt. Patebit id jam ex antecedentibus paragraphis, ubi non pauca haec trahenda occurrent: sed & alia etiam supersunt loca κατὰ πρὸν affirmantia VERBVM hoc decreuisse & præcepisse.

Conjungam hic es, quæ hoc sequenti phrasi adstruunt, על פם מירא ר' Num. C. III. v. 16. Ion. Et numeravit illos Moses ad præceptum VERBI Domini, qui loquendi modus in lequentibus sepius recurrat, v. 39. 51. C. IV, 37. 41, 45, 49. C. IX, 18. 20, 23. C. X, 13

Capite IX. vero, commate 8. Hierosolymitanum Targum haec Hebraica מה י'זהה "לכם". Subsistite, ut audiam quid præcipiat Dominus vobis, ita reddidit: קומו וְשָׁמֹעֲוּ כָּהֵד פְּקֻדָּה מִירא ר' לְבָנָן Surgite & audite id quod præcepit VERBVM Domini vobis. Commate autem nono, ubi haec Hebraica leguntur: שְׁמַרְתֶּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל תְּהִימָתְרָתְךָ Onk. & Ion., haec ita exhibent: גַּתְרָתִין בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יְהִי מִתְרָתְךָ Onk. & Ion., haec ita exhibent: כָּפְדוּ אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, & cuſtodiuerunt filii Israhel cuſtodiām VERBI Domini item commate 23. Onk. Ad VERBVM Domini (Ion. ad. os

C

fiue

sue mandatum VERBI Domini manserunt, & ad VERBVM
Domini (Ion. & ad os VERBI Domini) profecti sunt: Custo-
diam VERBI Domini custodierunt: (Ion. & Onk.) secundum
VERBVM Domini (Ion. secundum os VERBI Domini) per
manum Moysi.

Num. XXXVI, 2. Onk. צוה ב"י praeceptum est a Domini-
no. Onk praeceptum est a VERBO Domini.

Num. C. XXII, 18. ab Onk. & Jon. נזירת פ"י per
Decretum VERBI Domini explicatur.

Exodi. XIX, 7. Hierosolymitanum Targum: Omnia
verba, que praeceperat illi VERBVM Domini.

Leuitici Cap. XXIV. v. 12. Onk. Ligaverunt eum in
domo custodiæ, donec expositum fuit per decretum VERBI
Domini.

§. IX.

Phrasin quoque Hebraicam, בשם יי' Chaldae transtule-
runt ut plurimum, ut Geneeos I V. Ionathan
comma 25. ita transtulit: dispergit illos, qui in diebus illis cau-
perunt errare, & fecerunt sibi idola, cognominantes idola sua,
nomine VERBI Dei. Sequenti C. V. v. 2. eadem versio hæc
exhibet. Et benedixit illis Deus in nomine VERBI sui, vbi
Haeræus fons tantum dicit. Et benedixit illis.

Cap. XVIII. v. 5. Ionathan post verba, & recreate vos,
inserit, & laudate VERBVM Domini.

Cap. XXI, 23. Ion. & Hier. v 33. Ionathan. Et plantauit
paradisum in Beer Scheba Churphan (iuxta puteum septem
agnarum) & preparauit in eo cibum & potum pro transiunti-
bus & redeunibus, & praedicauit illis ibi: confitemini, & cre-
dite in nomen VERBI Dei Dominiseculi. Auctor para-
phrasos Hierosolymitanæ longius adhuc a textu sacro re-
cedit. Cum hic enim hæc tantum modo referat: Et plan-
tauit arboretum in Beerschaba, & inuocauit ibi nomen Dei
Domini eterni: ille plura de instituto Abrahami narrat. Et
plan-

plantauit Abraham paradisum in Beerschaba, & præparavit in eo cibum & potum, & in terminis eius. Comedentes autem atque bibentes volebant ipsi dare pretium eius quod comedebant & biberant; sed noluit recipere illud ab illis. Dixit enim illis pater noster Abraham: Ab eo qui dixit, & creatus est mundus per VERBVM eius (habetis cibum.) Orate coram patre vestro qui est in celis, ex cuius hospitio comedebitis & bibitis & non movebant se ex loco suo donec proselytos fecisset illos, & docuisset illos viam seculi: & confessus est, & adorauit ibi Abraham nomen VERBI Dei domini celorum. Ceterum de hac narratione confer EISEN MENERGERI Entdecktes Judenthum P.I. p. 42 Gen.C.XXII.14. Hier. XXIV, 3. Jon. XL, 2; Hierof. Benedictus est is qui confidit in nomine VERBI & est VERBVM Dei fiducia eius. Exodi XIV, 31. Ion. XX, 7. Ion. XXXIII, 19. Ion.

Leuitici C. V. v. 21. Ionath. Filius hominis si deliquerit, לשׁוּם מִימָרָא (רְמֵם)

& mentitus fuerit mendacia nomini VERBI Dei Deut. C. XVIII, 7. Ion. Et ministrabit in nomine VERBI Domini Dei sui, sicut omnes fratres suii Leuitae.

S. X.

Verbi huius saepe quoque mentionem faciunt Targumim ut auxiliatoris, Φιλανθρωπίαν τε λόγῳ exprimentes. Emphaticum illud ΤΝ cum Hebreorum, si dicatur de Deo quod ex gratia singulari fuerit cum homine, seu ipsi adstiterit, reddunt per υπ' auxilium, atque hoc auxilium VERBO tribuant, prout ex exemplis iam adducendis patebit. Gen. C. XXI. v. 20. Onkelos & Ionathan haec habent: Et fuit VERBVM Domini in auxilium pueri (וְהָיָה מִימָרָא רְיֵי) סֻרִירָה, Hebr. אֶת-הַכְּנֹעָר (וְיָהִי אֲלֹהִים) & comitate 22, VERBVM Domini in auxilium tuum. Cap. XXVI, 3, 24 28. XXVIII, 15 20. XXIX, 12. Ion. C. XXXI, 3. Onk. & Ion. v. 5. Ion. XXXV, 3. Onk. & Ion.

C 2

Ca-

Capite XXXVIII, v. 2, 3, 21, 23. Onk. & Jon. quo ultimo loco in Ionathanis Targum reperitur מִימָרָא pro מִימָרָה, qui absolutus status loco emphatici, qui absolutus status rarius in hac significazione occurrit, quæ ipsi tamen dubia reddi nequit, cum Onkelos vocem מִימָרָה hoc ipso loco habeat. XLVIII, 21. C. XLIX, 25. VERBVM Domini Dei (שְׂמֵחַת אֱלֹהָה) patrum tuorum, erit in adiutorium tuum. Ion. A VERBO Dei patris tui erit auxilium tuum.

Non immerito in censum horum locorum refero hunc: Exodi C. III, v. 3. Ion. Et revelavi me tibi hodie, ut per VERBVM meum eripiam eos ex manu Aegyptiorum. (לְשִׁזְבָּחָה בְּמִימָרָה) it. v. 11. Ion. v. 12. Onk. C. X, v. 10. Onk. & Ionathan. C. XVIII, 29. Onk. & Ion.

Num. C. XXII, 21. Onkel. VERBVM Domini Dei ipsorum, erit in auxilium ipsorum, & Schekina regis illorum inter illos. Ionathan: VERBVM Domini Dei ipsorum erit ipsis in auxilium, & tubulus regis Messie tubilat inter illos. Hieros. VERBVM Domini erit cum illis, & iubilus a gloria regis illorum proteget illos. Hebr. Dominus Deus cum ipso, & clamor regis in ipso. Deut. II, v. 7. Onk. & Ion. His quadraginta annis VERBVM Dei vestri in auxilium vestrum fuit, & non desuit vobis quidquam. C. XX, 1. Onk. & Ion.

§. XI.

Apparuisse quoque, afferunt Paraphrastæ textus sacri, VERBVM hoc, quo ipso haud obscure indicant, de quali VERBO loquuti fuerint. De tali nempe, quod apparere & videri potuerit: quæ loquendi ratio nos non potest non manu quasi eo adducere, ut & hic λόγον, non ἐνδιαθετον, aut τροφονόν, sed ὑποστρινόν queramus, quod ex perlustratione locorum adducendorum clarissimum fiet.

Gen. C. XI, 8. Et apparuit VERBVM Domini contra illam ciuitatem, & cum ipso septuaginta angelis, propter septuaginta populos, & reliqua,

Gen.

Gen. C. XXXV, 9. Hier. Post alia

& apparuit VERBVM Dei Iacobo in valle splendida.
(& post alia quædam.) & apparuit VERBVM Domini Iaco-
bo, tempore secundo cum veniret ipse ex Paddan Aram, & be-
nedixit ipse.

Targum Hierol. ad comma 42. Capitis XII. Exodi,
post ea quæ supra §. V. iam allata sunt, hæc tradit. Nox se-
cunda cum appareret VERBVM Domini Abrahamo, & vo-
cauit istam noctem secundam. Nox tertia cum appareret VER-
BVM Domini Ægyptiis, in media nocte dextra eius interfici-
ebat primogenitus Aegyptiorum, & dextra eius eripiebat primo-
genitos Israëlitarum & vocauit istam noctem tertiam. Nox quar-
ta cum adimplebitur finis mundi ut dissoluatur, funes impietatis
vaffabuntur, & inga ferrea rumpentur. Moses exhibit ex me-
dio deserti, & Rex MESSIAS ex medio Romæ, ille ducet in
vertice nubis, & VERBVM Domini dux inter ambos, &
ipsi incident simul. Illa est nox paschalis coram Domino ob-
servanda & statuta omnibus Israëlitis per etates suas, C.XX, 21.
Hier. in omni loco in quo memorabis nomen meum sanctum,
VERBVM meum apparebit vobis & benedicet vobis.

Num. C. XXIII, 4, 16. Ion. Occurrit VERBVM Bilea-
mo, & posuit verba in ore eius h. e. locutum est cum Bileamo
eumque instruxit quid loqui deberet. C. XXIV, 21. Hier.
V& illi, qui exsisterit tempore quo reuelabitur VERBVM Da-
mini, vt det mercedem bonam iustis, & reliqua. Et hue
partim referenda sunt loca antea adducta, quæ de sermone,
voce & præcepto VERBI agunt, vt pote quæ vel suppo-
nunt apparitionem, vel eam expressis verbis indicant. Im-
mo & hoc notandum, quod ne illa quidem facile occur-
ret apparatio diuina, quam paraphrastæ VERBO huic
ποστικω non adscriplerint.

§. XII.

Sæpius quoque quando de iuramentis sermo fit, men-

C 3

ti-

tionem faciunt paraphraste VERBI huius, ita ut vel Dēus, vel homo per illud iurauerit, vel ipse λόγος iurauerit, vel alius alium iuramento, in VERBVM hoc factō, adstrinxerit: quo ipso rursus λόγος innuitur υπόστασις. Nam Deus alias dicitur *iurare per se ipsum*: vnde quando prohibetur iurare per VERBVM suūm, declaratur VERBVM istud esse quidem peculiarem diuinitatis υπόστασιν, ab ipso tamen Deo, seu diuinitatis essentia, haud differre. Et quia homo non nisi per Deum valide iurare potest, quando per VERBVM Domini iurasse dicitur, eo ipso dicitur VERBVM ipsum habuisse pro Deo. Gen. XXII, 16, Onk. et Ion. Per VERBVM meum iuraui dixit Dominus. Exodi VI, v. 8. Onk. & Ion. Et adducam vos in terram, de qua iuraui per VERBVM meum, me daturum illam Abramō, Isaaco & Iacobō (אֶשְׁר נִשְׁתַּחֲוָת בְּמִצְרָיִם Hebr. Cap. XIII, 5, Ion. Num. XI V. 30. Onk. & Ion.

Ipsa λόγος iurasse dicitur Exodi C. XVII, v. 15. Ion. Et dixit: Quoniam iurauit VERBVM Domini per solium gloriæ suæ, quod ipse VERBO suo pugnaturus sit contra dominum Amalek, & ipsos perditurus sit in tribus generationibus: in generatione huius seculi, in generatione MESSIÆ, & in generatione futuri seculi.

Deut. C. XXVI, 3. Hieros. Eo quod ingressum sumus in terram, quam iurauit VERBVM Domini patribus nostris, se daturum nobis.

De hominum iuramento, quod per VERBVM hoc fecerint, & hoc ipso illud veritaris testem & mendacii ultorem inuocauerint, videamus sequentia loca Genesios C. XXI, 23. Onk. & Ion. Iam vero iura nihili per VERBVM Domini, & reliqua. C. XXIV, 3. Onk. & Ion. Et ad iurabo te per VERBVM Domini Dei cœli & Dei terre. Exodi XX, 7. Ion. Populus mihi filii Israël, ne iuret quis in nomine VERBI Domini Dei vestri frustra,

§.XIII.

Nec parum ponderis addent locutiones foederales, in quibus s^epiissime dicitur, quod VERBVM Domini p^epigerit f^adus cum hominibus. Occurrit hae loquendi ratio Geneseos Capite IX. in Onkelosi & Ionathanis paraphra-
si, commate 11. *Hoc est f^adus, (seu signum foederis) quod statuo inter VERBVM meum, & inter vos. confer eandem locutionem, commate 13, 14, 15, 16, huius capititis recurren-tem.*

Capite XVII. Geneseos v. 2. *Et statuum f^adus meum inter VERBVM meum & inter te. confer huius capititis v. 6, 10, 11.*

Liberatio populi Iraelitici a iugo Aegyptiorum, eius-
demque educio, imo redemptio æterna, tribuitur VERBO
huic non paucis in locis. Id quod singulari cum idiomis
de Filio Dei, tanquam Messia, seu λογω & ἀσάρχω &
τάρχω dici, ex theologia biblica hic suppono.

Geneseos XLVIII, 21. Onk. & Ion. *Et dixit Irael ad Is-
rahel; ego morior, sed erit VERBVM Dei in auxilium ve-
strum & reducet vos in terram patrum vestrorum.*

Cap. XLIX, 18. Targum Hierosolymitanum. *Dixit
pater noster Iacob: non redemtionem Gideonis filii Ios exspe-
ctat anima mea, que fuit horæ (h. e. ad tempus breue, Coll.
Ioan. V. 35.) neque redemtionem Simsonis quæ est liberatio tran-
siens; Sed redemtionem quam dixisti per VERBVM tuum ven-
turam esse populo tuo filis Irael. Hanc liberationem exspectat
anima mea.* Respondeat huic loco Targum Ionathanis, si
senum attenderis.

Exodi II, 23. Ion. *Et dixit per VERBVM suum, se vel-
le illos liberare ex seruitute. Confer Capitis III. v. 8. Ion.
Capite XIII, 8. Ion. Propter præceptum hoc fecit VERBVM
Domini miracula & mirabilia, dum exiui ex Aegypto. v. 18.
Hierof. Et duxit VERBVM Domini populum viam deserti.*
C.XIII,

C. XIII. 25. Ion. & Ier. *Quoniam VERBUM Domini est, qui pugnat pro ipsis bella contra Aegyptios.*

Num. C. VI. 21. Ion. *Et dicetis filii vestris, Serui sui-
mus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos VERBUM Domi-
ni manu fortii.*

Deut. C. XXIII. 15. Ion. & Hier. *Et memores esote,
quomodo seruire coacti fueritis in terra Aegypti, & eripe-
rit vos VERBUM Domini vestri inde.*

§. XV.

*Quæ antea adducta sunt, exposuerunt nobis actiones &
charæcteres τῶν λόγων personales, ipsi proprios, qui diuinæ
illum essentiae esse satis demonstrant. Si vero diuinæ est
essentiae, non potest ipsi cultus Deo debitus deesse.*

Hunc autem cum Targumistæ in *adoratione & fide* ipsi
exhibitum parrent; non hoc solum concludimus, ipsos de
diuina τῶν λόγων ὁτοσάτε certissimos fuisse, sed etiam ipsos,
quod eadem maiorum fuerit sententia, & sciuisse, & appro-
basse.

De *adoratione*, qua λόγον coluerunt patriarchæ, nos
sequentia docent loca. Geneseos Cap. XVI, 13. Ion. &
Hierof. Et confessæ est Hagar & adorauit nomen VERBI Domi-
ni. Quæ loquendi ratio itidem occurrit C. XVIII, 5. Ion.
C. XXII, 14. in Hierosolymano Targum.

CXXX. 22. Hieros. *Et recordatum est VERBUM Do-
mini in recordationibus suis bonis, & exaudivit VERBUM
Domini vocem precations eius, & dixit (Dominus) per VER-
BVM suum se daturum illi filios. Deut. IV. 7. Ion. Verum
VERBUM Domini sedet super solio suo alto & excelso, &
audit preces nostras, omni tempore quo nos oramus coram i-
psῳ, & facit petitiones nostras. Confer hic Genef. C. xxxviii.
V. 25. C. XL. 23.*

Quod autem fiduciam suam in hoc VERBO posuerint,
illudque vera fide venerati fuerint, sequentia confirmant
loca

loc. Gen. C. XV, 6. Onkelos & I. nathan. *Et credidit in VERBVM Domini, & reputatum est ipse in iustitiam.*

Exodi C. XIII, 31. Ion. & Onk. *Et crediderunt in VERBVM Domini, & in prophetiam Mosis, serui ipsius.*

Num. C. XVIII, 11. C. XX, 12. Ork. & Ion. *Et dixit Deminus ad Moysen & Aaronom: propterea quod non creditis VERBO meo, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, & reliqua.*

Deut. C. I. v. 32. Onk. et Ion. *Et in hac re non creditis in VERBVM Domini Dei vestri. Chasd. ובתנמא דרזין ליתיכון*
ו בדברהזה אינכם מאמנים מהני מיראדי אלחנן ב"י אלחנן ו in verbo hoc seu re hac non creditis in Deum Dominum vestrum.

§. XVI.

E locis hucusque in medium productis patet quidem, Iudeos (non quidem omnes, cum permulti vera & salutari Σεογνωσία generacim carerent, sed meliores & θεοδιδάχης) agnouisse peculiarem quandam hypostasin in diuina essentia, cui nomen λόγος, μήμρα, competit, utpote ab ipso Deo impositum. Nonandum tamen a me euictum est, eos hoc VERBVM pro Messia habuisse. Hoc ut demōstrem, obseruo prater hanc vocem מיםרא alias adhuc in paraphris Chaldaicis occurriere, qua itidem MESSIAM denotari, volente Deo, peculiari quadam dissertatione probatum ibo, nempe שׁבִנְיָא, seu in statu emphatico שׁבִנְיָה eti hæc ipsa de spiritu Sancto usurpata sit, certe usurpata esse videatur. Hic unicum saltem locum adducere mihi liceat, qui ostendit שׁבִנְתָא vel שׁבִנְיָה & שׁבִנְיָה iusdem esse significationis. Num. C. XIII, 21. Hebr. יְהוָה אֱלֹהֵינוּ Dominus Deus est cum ipso, & clavis regis in illo. Hæc Onkelos ita transtulit: VERBVM Domini DEI sui in auxilium illorum, & Schchina (שׁכִנַּת מֶלֶךְ) regis sui inter illos. Ionathan autem ita verut: VERBVM

D

Da.

Domini Dei ipsorum est illis auxilio, & iubilum Regis MESSIAE vociferatur inter illos. Hierosolymitanum autem Targum hæc habet: VERBUM Domini erit cum illis, & iubilum glorie Regis sui proteget illos. Facile ostender hic collatio versionum Onkelosi & Ionathanis, שְׁבִינָא iudeis idem denotasse, quod & מִשְׁרָחָא. Eandem vocem קָרְבָּנָא quæ Messiam denotat, non in uno i loco voci equivalenti pollere comprehendimus. Exempli causa de c. XXIII, 14. Onkelos hæc habet. Quoniam Domini Dei tui Schchina ambulat, in medio casborum tuorum - ut non auertatur VERBUM eius benefaciens tibi. Huius commatis ultima (i.e. primis enim conueniunt) Ionathanus translavit: ne ascendat Schchina eius a vobis. Idem obseruare licet Capite XXXI, 3. Ion. Dominus Deus tuus VERBUM transiit coram vobis, cuiusmodi locutiones, aliquoties in hoc capite recurrent, quæ Ionathan reddidit: Dominus Deus tuus & Schchina eius transiit coram vobis. Conferatur omnino Ex. C. XIX, 17. versio Onk. & Ion. Cum itaque Schchina idem sit ac Messias, itemque idem quod קָרְבָּנָא, satis appareret inde etiam מִשְׁרָחָא & מִירָא esse synonyma, seu Iudeos sub voce Messiam agnouisse. A vero itaque Cl. IOANNIS SAVBERTI assertum habet, in dissertatione de Voce λόγος §. XV, afferentis; illud interea dubio caret, Targumistis קָרְבָּנָא & מִירָא nunquam fuisse synonyma.

§. XVII.

Præter hæc testimonia, quibus euinci posse persuasus sum, VERBUM hoc, de quo Iudei Targumiste scripsierunt fuisse diuinitatis ὑπόστασιν, in certas classes distributa, multa adhuc occurunt, quorum recensio supra non visa est commodum habere locum, ideoque iam subiungitur. Sunt vero talia effata, quæ nos tam de ὑπόστασει, quam de diuinitate VERBI huius, certiores reddere possunt. Secundum

caturus sum h̄c ordinem librorum & capitum, etiamen,
quæ plane parallela sunt, coniuncturus.

Genesios Cap. II, 8. Ionath. Et constitutus est per VERBVM Domini Dei horum ex Eden iussis, ante creationem mundi, & habitare ibi fecit hominem cum creasset eum.

Cap. VI, 7. Ion. Et dixit Dominus: perdat hominem per VERBVM meum, quem creavi: & reliqua.

C. VII 16. Onk. & protexit seu occluisit Dominus per VERBVM suum super ipsum. Ion. Et protexit VERBVM Domini ianuam arcæ coram facie ipsius. Hieros. Et peperit VERBVM Domini illi.

C. VIII. 1. Ion. Et recordatus est Dominus in VERBO suo Noachi & reliqua.

Cap. XV. 1. Onk. Ion. & Hiersol. post verba hæc (Chald. Hebr. פָתַגְנָמָא) fuit verbum (Chald. פָתַגְנָמָא Hebr. דִבָרְךָ) Domini ad Abramum in vaticinio, dicendo: Ne timias Abram, VERBVM meum (מִמְרֵךְ Hebr. אֲנָכִי) fortitudo tua.

Cap. XVIII. 24. Ionath. & Hieros. Et VERBVM Domini demisit pluias beneplaciti super Sodomam & Gomorram, propterea ut facerent penitentiam, sed non fecerunt, quoniam dixerunt: non reuelata sunt coram Deo opera mala, ecce propterea demissa sunt super illos sulphur & ignis, a veram VERBO Domini ex calo.

Cap. XX, 18. Ionath. Quoniam VERBVM Domini concludendo concluserat in ira omnem cardinem veteri uxorum, & reliqua.

Cap. XXII, 1. post multa paraphrastica Ionathan: Et statim VERBVM Domini tensauit Abramum. v. 8. Hierosolymitanum Targum: Et dixit Abram: VERBVM Domini ostendet mihi ouem; & si non, tu ipse eris holocaustum fili mi, & ibant ambo una corde demissi.

Cap. XXIII, 1. Ion. Et VERBVM Domini benedixit
Abrahamo, omnibus speciebus benedictionis.

Cap. XXVI. v. 5. Onk. & Ion. Propterea quod suscep-
pit Abraham VERBVM meum, & custodiuimus custodiam VER-
BI mei. Cap. XXVII. v. 25. Ion. Et dabit tibi VERBVM
Domini ex bonitate rerum. v. 30. Ionath. Et prohibuit VER-
BVM Domini ab illo venationem mundam, cer.

Cap. XXVIII. 21. Onk. Et erit mihi VERBVM Domini
in Deum.

Cap. XXXI, 9. Hier. Et exhausit VERBVM Dei (gre-
gem) v. 49. Onk. Respiciat VERBVM Dei inter me & inter
te. v. 50. Onk. & Ion. Videbit VERBVM Domini testis in-
ter me & inter te.

Cap. XXXV, 9. Ion. Et benedixit ipsi Dominus per nomen
VERBI sui, postquam mortua esset mater eius: & Hierosolymitanum Targum in prolixa huius commatis paraphrasi.
Et benedixit eis, (Adamo & Eve) VERBVM Domini, &
dixit illis VERBVM Domini, fortes estote & multiplicamini,
& reliqua.

Cap. XLIX, 24. Onk. Per cuius VERBVM gubernan-
tur parres & filii tribuum Israël.

C. L. v. 2. Ion. VERBVM Domini cogitauit de me bo-
num.

Progediamur ad ea, que Exodus nobis tradit. Capite
I. v. 21. Ion. Et factum est cum timuissent obstelettes Domi-
num, & acquisiuerent sibi nomen bonum in generationibus, &
discipulauit ipsis (femin.) VERBVM Domini domum regni, &
domum sacerdotii magni.

Cap. II, 5. Ionath. Et immisit VERBVM Domini cic-
tricem ulceris, & inflammationem carnis in terram Aegypti.

Cap. III, 19. Ionath. Quia per VERBVM meum caſti-
gatus fuit plagis malis.

Cap.

¶ (29) ¶

Cap. IV, 12. Onkelos. *Iam vero abi, & VERBVM meum eris cum ore tuo.* (Hebr. זֶה עַמְּךָ אֱלֹהִים) Ion. *Et nunc abi, & ego per VERBVM meum ero cum loquela oris tui.* conf. v. 15.

Cap. VII, 25. Ion. *Et absoluit sunt septem dies postquam percussit Deus fluuium, & postea sanxit VERBVM Domini fluuium.*

Cap. XII, 23. Ion. *Et proteget VERBVM Domini portam, & non permittet angelo perdenti ingredi domus vestras ad percutiendum.* v. 26. - *qui pepercit per VERBVM suum domibus filiorum Israels in Aegypto.* v. 29. *Et VERBVM Dei interfecit omnem primogenitum in terra Aegypti.*

Cap. XIII, 15. Ion. *Et factum est postquam induisset VERBVM Domini cor Pharaonis, & reliqua.* v. 17. *Hec sunt ossa arida, quæ viuiscavit VERBVM Domini per Ezechiel prophetam in valle Dura.* v. 19. *propterea adiurauit filii Israei dicendo: recordando recordabatur Dominus vestri per VERBVM suum, & per misericordiam suam bonam.*

Cap. XIV, 24. Hierof. *Et factum est tempore auroræ, & respxit VERBVM Domini ad exercitum Aegyptiorum.*

Cap. XV, 1. Ion. & Hierof. *Ipse per Verbum suum vltionem suum ab illo.* v. 2. Onk. Ion. & Hierof. *Dixit per VERBVM suum & fuit mihi in redemptorem.* v. 25. Ion. *Et ibi posuit illi VERBVM Domini decretum Sabbati.* Hier. *Et adorauit Moses Dominum, & indicauit ipsi VERBVM Domini arborē Ardiphne (Rhododaphnen), & proiecit in aquas, & dulces facta sunt aquæ: ibi indicauit ipsi VERBVM Domini statuta, & ibi tentauit ipsum temptationibus, temptatione decima.* v. 26. Hierof. *Quoniam ego sum Dominus, qui per VERBVM suum sanat te.*

Cap. XVI, 3. Hier. *Vinam mortui effemus per VERBVM*
D 3

BVM Domini in Aegypto. v. 8. Onkelos & Ionathan. Et nos quid? (fumus) non contra nos murmurationes vestrae, sed contra VERBVM Domini.

C. XVII, 15. Ion. Et adiiscavit Moses altare, & vocavit nomen eius, VERBVM Domini hoc vexillum meum.

Cap. XIX, 17. Onk. Eduxit Moses populum e castris, obuians VERBO Domini.

Cap. XXV, 22. Onk. & Ion. Et sistam VERBVM meum tibi ibi (in arca foederis) & loquar tecum. Confer Cap. XXIX, 42, 43. Cap. XXX, 6, 36.

Cap. XXXI, 13. Onk. & Ion. Sabbata mea seruabitis, quoniam hac sunt signa inter VERBVM meum & vos.

Cap. XXXIII, v. 22. Onk. & Ion. Et fieri cum transferitur gloria SCHCHINÆ mee, ponam te in speluncam petræ, & protegam per VERBVM meum super te, usque dum transfiero.

§. XIX.

Nec pauca suppedit Leviticus testimonia, de personali וְתֹסֵאֶת מִמְרָאֶת, quæ iam recensenda sunt. Capite XIV, 23. Ion. fortasse non placent VERBO Domini opera manuum nostrarum. -- Et dixit recipias VERBVM Domini cum beneplacito oblationem vestram.

Cap. XX, 23. Onk. & Ion. Et abominatum est VERBVM meum eos.

Cap. XXVI, 11. Onkelos. Et ponam habitaculum meum inter vos, & non abominabitur VERBVM meum vos. Idem occurrit v. 30. Onk. & Ion. v. 12. Ion. Et ponam Schchinam meam inter vos, & erit VERBVM meum vobis in Deum redemptorem, & vos eritis nomini meo in populum sanctum. v. 23. Onk. Et si per hæc non eritis correpti VERBO meo. v. 24. Ion. Eliam propter omne hoc miserebor illorum per VERBVM meum, cum erunt captiui in terra hostium suorum. & non spernam eos in regno Babylonie, nec abominabitur illos VERBVM meum in regno Mediae, & reliqua, v. 46. Onk. & Ion.

& Ion. Hæc sunt statuta & ordines & leges, quas posuit Deus
minus inter VERBVM suum, & inter filios Israël.

§. XX.

Quædam proferam nunc loca, quæ mihi in perlustratione Numerorum se obtulerunt. Capite VI. Ionathan. v.
27. Et ponent benedictionem nominis mei super filios Israël,
& ego per VERBVM meum benedicam vobis.

Cap. X, 35. Ion. & Hieros. Reuelare ergo o VERBVM
Domini in robore iræ tue, v. 36. Ion. & Hier. Reuertere ergo o
VERBVM Domini, secundum misericordiam tuam gratiam.

Cap. XI, 20. Onk. & Ion. propterea quod abominati
estis VERBVM Domini, 23. Onk. Et dixit Dominus ad Mo-
ses: an VERBVM Domini impeditur (Hebr. num manus Do-
mini abbreviabitur) iam videbis an tibi accidant verba mea
(תְּגִמֵּי) an non?

Cap. XVI, 26. Ion. Nunc conuenerunt contra VER-
BVM Domini.

Cap. XVII, 19. Onk. & Ion. Et collocabis illa in tuber-
naculo conuentus, ubi conuenit VERBVM meum vobiscum.
C. XX, 21. Ion. Et diuerxit Israël ab eo, quemadmodum iussi
erant (כִּי קָרַם בְּיֹמָה רְשִׁימָה) a VERBO cœlorum (h. e.
cœlesti)

C. XXI, §. Onk. & Ion. Et murmurauit populus contra
VERBVM Dei, & contendebat cum Moſe. v. 6. Ionath. Pro-
pterea immisit VERBVM Domini, serpentes regulos in po-
pulum. Hieros. serpentes ignitos. com. 33. 34. 35. Ionathanis
Targum, vt & Hierosolymitanum ex parte, miram narrant
fabulam de Ogo Rege Basæ, de quo hæc & plura commenta
exhibit Eisenmenger im Entdeckten Judenthum, Parte
I. p. 380. seqq. Mihi vero hæc reculisse sufficit ex commate
35. Statim parauit VERBVM Dei vermem, qui arrofit mon-
tem [per lex millaria extensum, & hanc ob rem ab Ogo
ex terra in sublime elatum, vt eo vniuersum Israelitarum
exercitum obrueret] & perforauit ipsum, & immersum est
caput eius in medium ipsius & reliqua. Cap.

Cap. XXII, 20. Onk. & Ion. Et venit VERBVM a Domino ad Bileamum, v. 28. Ea hora aperuit VERBVM Domini in os eius [asinx] & parata fuit illi locutio.

Cap. XXIII, 3. Ion. Si forte veniat VERBVM Domini mihi obuiam, & verbum (מִתְבָּבָב) quod indicauerit mihi narrabot tibi, & abiit curuus, ut serpens. v. 4. Et obuiam venit VERBVM a faciei Domini. v. 8. Ion. & Hieros. Quid ego maledicam domai Iacobi, cum VERBVM Domini benedicit ipsis? & quid ego imminuam Domum Israel, cum VERBVM Domini multiplicet illos. v. 16. Et occurrat VERBVM a Domino Bileamo, & posuit verbum (מִתְבָּבָב) in os eius.

Cap. XXIV, 23. Ion. & Hier. Vx illi qui vixerit quando reuelabitur VERBVM Domini, ut det mercedem bonam iustis, & vt vlciscatur se de improbis.

Cap. XV, 4. Ion. Et suspende illos coram VERBO Domini in ligno.

Cap. XVII, 16. Ion. Constituat VERBVM Domini, quod dominatur in animas filiorum hominis, & a quo datus est spiritus animalium uniuersae carni, virum fidelem super congregationem. Hier. Praeficiat VERBVM Domini, Deus qui dominatur in animam uniuersae carnis, virum celebrem super populum congregationis.

S. XXI.

Videamus & ea, quæ ex Deuteronomii libro annotanda mihi sunt visa. Cap. I, 1. post quedam alia, hæc Hierosolymitanum Targum habet. Et in campesribus Moab explicatum est vobis, quot miracula & prodigia fecerit vobis VERBVM Domini. v. 30. Onkelos: Dominus Deus vester, qui ambulat coram vobis. Ion. VERBUM Domini Dei vestri est, qui anteit coram vobis, ille pugnabit pro vobis. (Hebr. Dominus Deus vester incedens coram vobis, ille pugnabit pro vobis.) conf. C. III, 22. Onk. & Ion. Cap. IV, 7. Ion. Quoniam quis est populus magnus, cui Deus ita sit propinquus in nomine VERBI Dei? mores. populorum (reliquorum sunt)

vt

¶ (33) ¶

ut portent timores suos (idola) super lumeros suos & putant propinquos sibi, sed illi sunt longinqui propterea quod non audiunt auribus suis: verum VERBVM Domini sedet super throno suo alto & excelso, & audit preces nostras omni tempore, quo nos oramus coram ipso, & facit petitiones nostras. v. 20 Ion. *Et vos accipitis VERBVM Domini pro parte sua, & eduxis: vos ex fornicata ferrea ex Agypto v. 24. Onk. & Ion. Quoniam Domini Dei vestri VERBVM est ignis consumens. conf.* Cap. VIII. 3.

Cap. V. 5. Onk. & Ion. Ego sum fons inter VERBVM Domini & inter vos tempore hoc.

Cap. XI. 1. Ion. Et diligitis Dominum Deum vestrum, & custodietis custodiam VERBI eius.

Cap. XII. 5. Ion. Sed in terra quam elegerit VERBVM Domini Dei vestri ex omnibus tribubus conf. v. II.

Cap. XVIII. 19. Onk. & Ion. Et si quidam vir non obediens verbi meis (לֹא תִּשְׁמַר) quo loquuius fueris in nomine meo, VERBVM meum requireat a vobis.

Cap. XXI. 5. Et accedent sacerdotes, filii Leui, quoniam eos elegit VERBVM Domini Dei vestri.

Cap. XXIII. 14. Onk. Ut auerteratur VERBVM eius beneficiis tibi.

Cap. XXIV. 19. Et benedicat vobis VERBVM Domini Dei vestri, in omnibus operibus manum vestrarum.

Cap. XXVI. 5. Ion. Sed eripuit ipsum (Iacobum) VERBVM Domini ex manibus eius (Labanis) v. 17. Hieros. VERBVM Domini regem constituit super vos hodie, ut sit vobis in Deum. conf. v. 18. VERBVM Domini elegit vos in electio-
ne una.

Cap. XXVIII. 7. Ion. Ponit VERBVM Domini hostes vestros, insurgentes contra vos ad nocendum, fractos. v. 11. Et abundare te faciet VERBVM Domini in bonum, v. 13. Et proficiet vos VERBVM Domini in reges. v. 20. Immitiet VERBVM Domini in vos pestem v. 22. percutiet vos VERBVM Domini timore. v. 27. Ion. & Hieros. percutiet

E

VOS



vos VERBVM Domini viceribus, quibus percussi sunt Ægyptii. v. 8. Ion. percutiet vos VERBVM Domini pauore. v. 35. percutiet vos VERBVM Domini uicere malo. v. 48. Seruatis hætibus vestris, quos immitteat VERBVM Domini vobis. v. 49. Aduolare faciet contra vos VERBVM Domini populum elonginquo. v. 59. Et teget VERBVM Domini a vobis Spiritum Sanctum. v. 61. Ascende-re faciet eas (plagas) VERBVM Domini donec consumma-mihi v. 63. Et fiat quemadmodum latatum est VERBVM Domini super vos, ad benefaciendum vobis, & ad multi-plicandum vos, ita latabitur VERBVM Dei contra vos, [mittend] populus alienos, ad perdendum & consu-dum vos. v. 65. Et dabit VERBVM Domini vobis ibi cor-timens. v. 68. Et migrare faciet vos VERBVM Domini in Ægyptum.

§. XXII.

Recensui itaque ea loca, qua dum perlustrauit Pentateuchum, mihi ad institutum meum aliiquid conferre sunt visa. Ne autem ea, quæ certis notionum classibus subdivisa sunt, tibi videantur minoris momenti esse, quam ea que in istis, §. V, ad §. XVI. adduximus, brevibus tibi illorum summa & pondera ante oculos ponam. Dicitur ibi מִסְרָא bortum in Eden constituisse, hominem perdere, protegere, parcer illi, re-cordari, fortinudo Abramini esse, Sodoman perdidisse, Abimelechum pan-isse, Abramum tentasse, ipsi benedixisse, esse alium in Deum, exaudire preces, iudicare, regere populum Israël, hominibus benefacere, edificare Israëlitos domos, plagas Ägyptie immississe, paroxysse autem Israëlitas, induisse Pharaonem, sanasse homines, & placuisse & placuisse ipsi opera Israëlitarum, immo abominarum esse illos ipsiusque iracui, serpentes immis-sisse illis, puniri ipsi Ogum, iudex esse in extremo iudicio, miracula fecisse, esse ignis consumens.

Si igitur quælibet priorum classium aliquod exhiber argumentum, certe singula horum dictorum, que in ultimis paragraphis posita sunt, singula suppeditant argumenta, vt adeo et quinquagenarium accedant numerum ista predicata, que υπόστασιν & diuinitatem τὸ λόγον ex vsu voeis in Pentateuco indicant. Fuerint quidem ad singula fere loca quedam monenda, sed institutio ratio omnem prohibuit prolixitatem.

§. XXII. Ut vero, B. L., vno intuito conspicere quæs quoties & quibus in locis paraphrasse Chaldaei in suis TARGVMIM in Penta-teuchum voce מִסְרָא vii fuerint: subdivisa hic indicem singulorum locorum, in hac dissertatione adductorum. Singula enim illa recensere al-laborauit.

GEN.

GENES.		CAP.	COMMA.	PARAGR.
I.	27.	V.	XXVII.	25. 30.
II.	8.	XVII.	XXVIII.	15. 20.
III.	8. 10. 9. 22.	VII.	XXIX.	12.
V.	26.	VI.	XXX.	21.
VI.	2.	IX.	XXXI.	31. 22.
VII.	3. 6.	VI.	XXXII.	3. 5. 9. 49. 50.
VIII.	7.	XVII.	XXXIII.	27.
IX.	16.	XVII.	XXXIV.	3.
X.	11.	VI.	XXXV.	9.
XI.	1. 12. 13. 14. 15. 16.	XVII.	XXXVI.	2. 3. 21. 23.
XII.	8.	XIII.	XL.	24. 25.
XV.	1.	XI.	XLVIII.	23.
XVI.	6.	XVII.	XLIX.	21.
XVII.	13.	XV.	L.	18.
XVIII.	2. 6. 10. II.	VI. XV.	EXODVS.	25.
XX.	5.	XIV.	I.	2.
	6.	IX. XV.	II.	21.
	8.	VI.	III.	5. 23.
XXI.	33.	XVII.	8. II. 12.	8. 18.
	20. 22.	X.		14. 17.
	23.	VIII. X ^{II} .		19.
XXII.	33.	IX.	IV.	12. 15.
	1. 8.	XVII.	VI.	8.
	14.	IX. XV.	VII.	25.
XXIV.	16.	XII.	XII.	10.
	1.	XVII.	XIII.	23. 26. 29.
	3.	IX. XII.		42.
XXVI.	3. 24. 28.	X.	XIV.	5. 15. 17. 19.
	5.	XVII.		25.
				24.
				31.

CAP.	COM.	PARAGR.	CAP.	COMMA	PARAGR.
XV.	1. 2. 25. 26.	XVIII.	XVIII.	18.	VIII.
XVI.	3. 8.	XVIII.	XVIII.	20. 23.	XX.
XVII.	15.	XII. XVII.	XXIII.	3. 4. 8. 16.	XX.
XIX.	5.	VII.		4. 6.	XI.
	7.	VIII.		21.	X. XI. XVI.
	17.	XVIII.	XXXIV.	6.	V.
	19.	X.		23.	XX.
XX.	7.	IX. XII.	XXV.	4.	VI. XX.
	21.	XL.	XXXVI.	12.	VIII.
XXI.	1.	VL.			DEUTERONOMIVM.
XXV.	22.	XVIII.	I.	1.	VI. XXI.
XXVIII.	42. 43.	XVIII.		32.	XV.
XXX.	3. 36.	XVIII.	II.	7.	X.
XXXI.	13.	XVIII.	III.	2.	VI.
XXXIII.	9.	VI.		22.	XXI.
	19.	IX.	IV.	7.	XV. XX.
	22.	XVIII.		20. 24.	XXI.
				33. 36.	VII.
LEVITICVS.				5.	XXI.
I.	1.	VI.	V.	22. 23. 24.	VII.
V.	21.	IX.			XXI.
XIII.	23.	XIX.	VIII.	3.	V.
XX.	23.	XIX.	IX.	3.	XXI.
XXIV.	12.	VIII.	XI.	1.	XXI.
XXVI.	11. 12. 13. 23.		XXI.	5.	VII.
	44. 46.	XIX.	XXV.	5.	IX.
			XVII.	7.	XXI.
NVMERI.				19.	X.
III.	16. 39. 51.	VIII.	XX.	1.	X.
IV.	37. 41. 45. 49.	VIII.		14.	XVI.
VI.	21.	XIV.	XXI.	5.	XXI.
	27.	XX.	XXIII.	14.	XXI.
VIII.	8. 9. 18. 20.			15.	XV.
	23.	VIII.			XXI.
XI.	20. 23. 25. 26.	XX.	XXIV.	19.	XII.
XII.	6.	VI.	XXVI.	3.	XXI.
XIV.	30.	XII.		5. 17. 18.	XXI.
XVI.	26.	XX.	XXVIII.	14.	VII.
XVII.	19.	XX.		7. 11. 13. 20.	XV.
XVIII.	11.	XV.		22. 27. 28.	XXI.
XX.	12.	XV.		31. 48. 49. 59.	XII.
XXI.	5. 6. 21-33.		XXXI.	61. 63. 65. 68.	XXI.
	34. 35.	XX.	XXXII.	3.	XVI.
XXII.	14.	VI.		27.	V.

Xc 313

f



5b.

KD7

Act.

2.

6.

23.



2.

TIO ACADEMICA
LOLOGIA SACRA
DE
GVMIM,
raphrasium V. T. Chaldaicarum,
NI ANTIIVDAICO
in doctrina de
NA CHRISTI:
Speciatim
De
ΩΙΩ, seu ΛΟΓΩ,
eis de Messia usurpata:
Quam
MAE FACVLT. PHILOS. INDVLTV
PRAESIDE
RICO MICHAELIS,
GRAECAE ET ORIENTAL. LINGG.
PROF. ORDIN.
SVO PLVRIMVM COLENDO,
ISTERII GRADV
rite imperando
torum examini submittit
OR ET RESPONDENS
HIMVS Lange/ BEROL. MARCH.
Theol. & Phil. Culor.
MAGDEBURGICAE,
ANI HENGKELII, Acad. Typogr.

6.

23.